

plus vidit dari et solvi predictam quartam partem decime ipsorum veterum iurium *etc.* Archipresbitero et Capitulo a magistris procuratoribus Camerariis et secretis Apulie quoque dohaneriis et fundicariis seu cabellotis ipsorum veterum Iurium Curie in Barolo qui similiter pro tempore extiterunt *etc.* et addit in causa scientie quod ipse pluribus annis a predicto tempore usque nunc fuit quoque dohanerius et quique socius dohanerorum dicte dohane Baroli et ipse ac socii sui exhibuerunt et solverunt dictam quartam partem decime tarenos et ceram predictis archipresbitero et Capitulo eo tempore quo fuerunt Cabelloti seu credencerii dicte dohane Baroli quique de mandato magistrorum portulanorum et secretorum quoque de mandato Curie eis inde destinato ac ipse etiam olim tempore quo fuit secretus Apulie solvi fecit eisdem archipresbitero *etc.* audivit et notorium est quod a tempore quondam domini Regis Guillelmi primi et secundi et aliorum felicium antiquorum et catholicorum Regum Sicilie usque nunc quartam partem decime *etc.* Interrogatus de loco ubi huius pecunie solutio et ipsius cere assignatio facta est dixit quod quoque in hospitibus dictorum secretorum camerariorum et magistrorum procuratorum ubi consueverunt hospitare et quoque in dicta dohana Baroli. Interrogatus ad quod pondus pecunia et cera dabatur eisdem dixit quod pecunia ad generale pondus et dicta cera ad generalem libram. Interrogatus de quibus iuribus dicta quarta pars ipsius decime dabatur eisdem dixit quod antequam imponeretur per qd. dominum Fredericum Romanorum imperatorem Iura fundici et aliorum novorum statutorum in Regno de omnibus veteribus Iuribus Baiulationis et dohane Baroli et de tota quantitate pecunie que de iuribus ipsis anno quolibet percipiebatur fuit per credencierios qui iura ipsa pro parte Curie in credenciam procurabant sive per cabellotos quibus ea iura concedebantur ad extalium in Cabellam. Set postquam nova statuta imposita extiterunt per predictum quondam dominum Fredericum Romanorum Imperatorem et dicta vetera Iuria Curie una cum novis statutis percipiebantur sive per credencierios qui procurabant eadem sive per Cabellotos quibus eadem vetera Iura una cum eisdem Iuribus novorum statutorum concedebantur ad extalium data est et soluta deducta inde tertia parte pro eisdem novis statutis de reliquis duabus partibus illius summe pecunie pro qua eadem Iura vetera cum novis statutis locantur vel que pervenit ex eisdem veteribus iuribus et novis statutis cum in credenciam insimul procurantur et hec est fama publica et omnibus manifesta.

*Seguono gli altri testi che confermano le stesse cose. I testi sono:* Benevenuto de cara deo. Angelus de alamagno. Malgerius de Porfido. Malgerius de Galiberto ut proximus umfredus bonellus dictus papa. Pascalis de laurecta. Herricus de Roma. Galganus de Comestabulo. Nicolaus de niversa. Iacobus de caroangelo. Gentilis de Luco. Petrus de anna. dominus francus bonellus frater dicti Umfredi. Angelus bonellus. Notarius Gualterius de benedicto qui fecit etiam apodixas *etc.* Iohannes de Maurone qui tamquam Iudex annalis dicte terre Baroli subscripsit apodixas dicti notarii Gualberti *etc.* Unde ad futuram memoriam *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina publicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Iohannes de Umfredo q. s. Iudex. (*Segno*).

† Iohannes Camberlingus olim Baroli Iudex testatur.

† Ego Nicolaus notarii petri testor.

† Malgerius de Riso testatur.